

Johann Affelmann

**Rector Academiae Rostochiensis Johannes Affelman SS. Theol. Doctor & Professor, ad Exequias, Quas Matronae ... Margaretae Dachtebicht uxori dilectissimae, Vir ... Fridericus Burlage/ Civis Reipubl. apud. nos urbicae ... Honorifice hodierno die ad medium 1. Pomerid. Paratas cupit, omnes omnium ordinum cives Academicos amanter invitat**

Rostochi[i]: Pedanus, 1619

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77743976X>

Druck    Freier  Zugang



Affelman, J.,  
in  
**M. Dachtebicht,**

uxor. F. Burlage.

Rost. 1619.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn77743976X/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77743976X/phys_0003)

**DFG**



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn77743976X/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77743976X/phys_0004)

DFG

RECTOR  
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS  
**JOHANNES AFFELMAN**  
S.S. Theol. Doctor & Professor,  
ad Exequias,

Quas

MATRONÆ HONESTISSIMÆ ET  
LAUDATISSIMÆ,

**MARGARETA**  
Dachtebicht



Axori dilectissimæ,

V I R

Humanissimus, humanissimus & literatissimus


**F R I D E R I C U S B u r l a g e /**

Civis Reipub. apud nos urbicæ, ejusdemq;  
centumvir eximius,

Honorifice hodierno dic ad medium i. Pomerid.

Paratas cupit,

Omnes omnium ordinum cives  
Academicos amantes invitati



R o s t o c h i

Typis Joachimi Pedani, Acad. Typog. Anno 1619.



N more ac consuetudine V. Testamēti Patribus positum fuit, ut in magnis pœnitentiæ motibus, præter Cæteras Cæteronias, caput etiam CIN'E'R'E, vel pulv're; conspergerent. Hinc Niniuitæ, Jonâ excidium urbis vaticinante, sacco induiti, ins CINER E sedisse leguntur Jon. 3, 6. Conf. Job 42, 6; Matt. 11, 21. Curita? quid ad pœnitentiam cinis? Nimirum quia propria veræ pœnitentiæ nota est, humilitas & animi submissio: hanc verò nulla res magis, quam cineris natura adumbrat, quæ quavis stipula levior, cui libet autæ vel flatui facile cedit. Deinde & illud constat, veræ minimeq; fucata pœnitentia, proprium perpetuumq; adjunctum esse, terrenarum rerum, mundiq; hujus contemptum. Vera enim pœnitentia nihil est aliud, quam motus à morte ad vitam, à peccato ad gratiam, à vanitate ad veritatem, à mundo ad Deum. Recedendum est ergo à vanitate, qui vult veritate potiri: contemnenda munda na, qui appetit cœlestia. Ad hunc autem mundi contemptum, vix quicquam efficacijs nos invitare potest, quam si humana rum rerum vanitatem, brevitatem, si humanam mortalitatem subinde ad animum nobis revocemus: quam ipsam CINERIS naturâ mirifice representari, nulli dubium, qui se & Cinerem esse Gen. 18, 27, Pf. 103, 14, Job 13, 12, & ramentum cineris Job 7, 5, & in cinerem redigendum Gen. 3, 19, meminerit. Quid enim cinere vilius? quid inanius? quid instabilius? Arborēm proceram pulcrā & frugiferam, omnes qui sapiunt, egregium esse ornamentum judicant: Cinerem verò ac pulv're omnes pro re levicula habent; & tamen ex arbore etiam pulcerissima sit tandem cinis & pulvis: quippe quæ vel evulsa aut abscissa marcescit, patrescitq;: vel in ignem conjecta absurbitur & in cinerem abit. Pulcerissimam sanc̄tū imaginem vitæ & rerum humanarum, arboris hac contemplatio continet. Homo enim, sive naturæ ipsius formam, sive animi, sive fortunæ bona consideres, pulcerissimæ arboris.

arboris refert speciem; Job. 29, 7 Ps. 37, 35 Esa 10, 19 e. 60, 13 Jer. 17, 7, 8: ubi vero morte interceptus, tumulo conditur, si vel totius orbis facit Dominus, brevi temporis spatio nihil nisi pulvis & cinis est. Quin invicem si rem ipsam paulo diligentius expendas, invenies vilorem nostram quam arborum esse conditionem: Quod sanctissimus Jobus innuere voluit, Lignum, inquiens, habet spem, si praecisum fuerit, rursum virescit, & rami ejus repullulant: Si senuerit in terra radix ejus, & in pulvere emortuus fuerit truncus illius, ad odorem aquae germinabit, & faciet comam, ac si primum plantatum esset: Homo vero cum mortuus fuerit, & nudatus atque consumptus, ubi quæso est? cap. 14, 7. Quam ob causam Philosophi hominem arborem inversam appellavunt. Nam præterquam quod radices suæ habet in capite, quis unquam vidit eum regerminare, hoc est, vitam hanc mortalem, quam semel deposita, resumere? haud minus quam inversa arbor de novo producere potest ramos novellos, & denuo crescere, licet ex arbore abscissa tales enascantur. Quin si vel maximè nihil ex arbore abscissa enascatur, sed vere putrescat, Cinis tamen ejus non est foetidus. Verum si hominem mori & consumi contingat, ut certè contingit omnibus, ubi quæso est? quid quæso est? Maxima parte, vermes. Ex spinali medulla serpente nasci dicitur: cætera in foetidam putredinem abeunt, tanto foediorem, quanto corpus ipsum hoc in mundo fuit pinguis atque elegantius: omnia pulvis & cinis, omnia foetor & horror sunt: nec quiequam odore tetrius, asperius foedius, contagio pestilentialius esse potest. Cineres ab Aethna incendijs ejectos apud Cataniam in lapideam duritiem conversos, è Strabone Majolus recentet mihi tom I. p. 369: at cineres hominis mortui in vermes & putredinem abire res ipsa loquitur. Philippus Camerarius c. II. medit hist, refert de adolescente quodam nobili, qui omnium suæ ætatis fuerit pulcherrimus; quod, cum in ipso ætatis flore in mortuum lethalem incidisset, à propinquis suis exorari non potuerit, ursuam effigiem vel depictam, vel sculptam, posteritati relinquere: sed hoc tantum precibus illorum concesserit, ut postquam terræ mandatus esset, paucos post dies, sepulchrum suum aperirent, & quam formam suum cadaver invenirent, ita depingi curarent: Hoc cum factum esset, invenerunt faciem ejus semiconsumptam

à vermis, & plures serpentes circa diaphragma & spinam dorsi extantes: jusserunt igitur ejus effigiem, sicut invenerant, lapidi incidi: Quod monumentum adhuc Misena in sacello gentilicio templi Afrani, inter armatas majorum & gentilium statuas, conspicitur: videsne igitur, aut, si videre non potes, palpans, quantum sit in vita Vanitatis, fragilitatis? ut verè D. Bernhardus c. 3: meditat. scripsérit: *Homo nihil est aliud, quam spermatidum, succus fecorum, & cibus verium: Post hominem vermis, post vermem factus & horror: Sic hanc in speciem veritur omnis homo.* Habet insuper mors nostra hoc etiam cum Cinere similitudinis, quod in morte omnia sunt paria: sicut cinis cineris similis. Arbores dum vivunt, facile suis nominibns dignoscuntur, & hæc pinus, illa quercus, alia ficus dicitur: at in cineres redactæ omnes pares sunt... Sic dum vivunt homines, facile cujusq; dignitatem nobilitatemq; agnoscas: adēamus autem quæso cœmeterium, & tum mihi dijudica, quis dives, quis pauper, quis dominus, quis servus, quis nobilis, quis ignobilis, immo quis Rex, quis mendicus, quæ utriusq; ossa fuerint? Peregrinatur terra in usum Medicinæ & vasorum elegantium: de tua terra nemo vel unum pulvisculum gustaret, neq; etiam ex vase comederer vel biberet, quod ex sepulchri tui pulvere compactum esset. O quam optandum foret, ut hæc humanæ sortis meditatione, nulli non mortalium esset frequentissima, inq; auribus accordibus subinde personaret vox hæc Jehovæ: Memento homo, pulvis es, & in pulverem convertéris! Neq; enim dubium, quin hæc mortalitatis & fragilitatis nostræ consideratio, tum generaliter, peccati odium rerumq; humanarum contemptum inducat, tum specialiter, Gregorio lib. 31. Moral. c. 31 dicente, ut alijs, ita septem potissimum capitalibus delictis, Superbia, Avaritia, Luxuria, Invidia, Gula, Iræ, Acedia, resistat. A peccatis revocare homines frequentem mortis intuitum, confirmat oratio Davidis Ps. 39, 5: Mosis Ps. 90, 12, vox Ecclesiastici: In omnibus quæ dices, quæ facies, memento novissimorum tuorum, & in æternum non peccabis: c. 7, 40: Quod contemptum inducat rerum omnium mundanarum, vel Esavi exemplum ostendit, qui se moritorum cogitans, ad Jacobum fratrem, ecce, inquit, ego vado, ut moriar, & quid mihi proderunt primogenita Gen. 25, 32 exemplum Davidis,

vidis, qui cogitans vanitatem esse filios hominum: Ps. 72, 1, tamen, inquit, Deus est petra mea. Superbia autem efficax remedium proponit cogitata mortis farditas; de qua Ecclesiastici 10, 13: quid superbit tandem terra & pulvis, cum vertices ac serpentes bestiasq; jure quodam hæreditario sit possessurus? Referunt Historici fide digni, quod, cum apud Constantinopolim Imperator crearetur, lapidæ ad eum Venientes, & varias marmororum crustas afferentes ab eo sciscitabantur, ex quo marmororum genere vellet sibi incidi sepulchrum: sic animi fastum ex novâ dignitate nascentem, hac mortalitatis admonitione temperabant. Refert Hieronymus, Romæ eos, qui ob res præclaræ gestas triumphos agebant, quorum laudibus omnia personabant, à ergo sequutum præconem hanc autibus eorundem vocem subinde inculcante: Hominé te esse memento. Et certè saxei simus in carne molli necesse est, si non humilitatem meditatio isthac in nobis pâriat. Cum fex, cum simus, cum res vilissima simus, unde superbimus, nescimus quando perimus. Timor, inquit Augustin. tom. 2. lib. 2. de doctrin. Christiana, c. 6. mihi pag. 26, de futura morte mentem necessariò concuit, & quasi clavatis carnibus (alij legunt, calicibus) omnes motus superbiz ligno crucis affigit. Avaritia avilus opponit inexspectata mortis celeritas, quam confirmat Christus Luc. 12, in parabola divitiis cuiusdam, qui, cotigestis bonis & fructibus, requieturum se, atq; obtestamentis multis usurum se confidens: audit v. 20: Ædemens hac nocte animam tuam repetunt abs te: quæ vero paraisti, cuius erunt? & Apostolus 1. Tim. 6, 7: nihil intulimus in hunc mundum, videlicet nec efferre quicquam possumus. Tu ergo homo, quem fructum expectas in mundo, cuius fructus est ruina, & finis mors? exclamò cum Bernardo in sermon: & cum Baroch: ubi sunt, qui argentum thesaurizant & aurum? E V ANUERUNT c. 3, v. 18, 19. Et obsecro vos, quid dicturi eritis, de talivito, qui perfectionem aliquam instituturus, magnum cumulum terræ & lapidum colligeret, quam sarcinam depositurus tamè esset ad portam civitatis? ejusmodi vero est avaroru sarcina. Toto perfectionis suæ tempore / ita enim dies vita nostra appellat Jacob Gen. 47, 9) nihil aliud agunt, quam quod seipso ijs onerent, quorū sub fine perfectionis nihil secū auferre possunt. Luxuriam reprimit horribilis mortis fecunditas, quâdo subit, putredine fore nobis patrem, vermes matrem & sororem Job. 17, 14, escam hoc fore cor-

pus nostrum vermis lob. 21, 26. Esa. 51, 8. *Invidiam frangit mortis e-  
qualitas, quæ invidiâ Diaboli intravit in orbem.* Sapient 2, 24. idem  
enim est omnium exitus, sive nobilis fuerit sive ignobilis lob 14,  
21, stulti, & sapientes pariter moriuntur, Ps. 49, 11, parvus & magnus  
lob. 3, 19, doctus & indoctus Ecclesiast. 8, 6, 8. *Gulam compescet mortis e-  
viditas.* Mors enim non adimpletur, & congregat ad se omnes gê-  
tes, coacervat ad se omnes populos, Habacuc. 2, 5. Gula charum tri-  
butum exigit, sed vilissimum reddit: quia quantò sunt delicatio-  
ra cibaria, tantò foediora erunt cadavera, dicebat innocentius ser-  
mone de vita miseria. Scribit Herodotus, Ægyptios olim in soléni-  
bus epulis, cadaver ligneum quam proximè ad verum, cadaver  
effictum, per quempiam curasse cominus ostendi, dicentem: in-  
hoc intuens porta & oblecta te, talis post mortem futurus: tantù  
ad sobrietatem mortalitatis recordationem valere credebant. *In-  
franabit considerare mortis potestas:* quæ homini relinquit nullam. Non  
est enim in hominis potestate, prohibere Spiritum, nec habet po-  
testatem in die mortis, Ecclesiast 8, 8, fumus est spiritus in naribus  
nostris, & sermo scintilla è corde nostro excitata. Sapient 2, 2. A-  
ccidē avertet mortuus anxias, quia facit clamare sicut pullus Hirundi-  
nis, & gemere ut columba Esa 38, 14, & amara est homini quiete  
viventi. Ecclesiast 41, 1, 2. Quin qui non erit hic in labore, erit  
illuc in dolore: ut Augustini verbis utar, vides ergo, o homo, quam  
efficaciter mortalitatis consideratio, ad vitiorum fugam, &  
salutare pœnitentiaz studium, te alliciat? Declarari hæc prolixius  
& multorum sermonibus, & plurimorum exemplis poterant; nisi  
quoniam nos dies, imò omnis pœnè hora, quam nihil simus doceret,  
nisi ad ætérnias nos Deus, quosdam è medio nostrum per mor-  
tē ad se vocādo, subinde duceret, nisi exēplis quotidianis nos mor-  
talitatis admoneret, & ad éducatio[n]es studiū vel hoc modo invitaret.

Non abibimus longius: in hanc mentis oculos desigemus, cui justa hodie per-  
solvemus, MARGARETAM Dachtebicht/ fœminam laudatissimam, quæ nu-  
diustertius mortis falce resecta, mortalitatis exemplum nobis reliquit: dum autem  
viveret, edecumatæ virtutis exemplum præbuit omnibus. Cum enim anno  
post Christum natum cl. Io. LX, Patre PAULO Dachtebicht/ viro honestissi-  
mo & integerrimo, civi hujus urbis eximio & Chirurgo industrio, Matre EN-  
GEL Noſſes/ fœmina honestissima, Matrefamilias frugalissima, & rerum  
suarum in domo satagente, nata, & in salutari lavacro renata esset, paulò post  
in scholis puellaribus initia pietatis, legendi & scribendi, cæterasq; artes, quas in-  
genua

genuam puellam scire sequuntur est, celeriter addidicis: & procedens exate, in virtutum spatio tantos gradus fecit, ut nulla in ipsa desiderata sit earum, quae matronæ lectissimæ aut corpus faciunt aut superficiem colorant. Phocylides quartuor & vetus Poëta Simonides decem enumerant mulierum genera, & uterque unum tantum probant & prædicant, id nimirum, quod ex apibus præcreatum est: reliquas ex sue, vulpe, cane, tellure, mari, asinâ, mustelâ, equâ, simiâ genitas, dant hanc: Et de his Aesopus forte sensit, qui in primo cum heri sui uxore congressu hanc recitat sententiam, *θάλασσαν οὐδὲ καὶ πῦρ οὐδὲ*  
*γύνακα τέλει*, Mare & ignis & mulier tria mala. MARGARETAM autem nostram, nemo equâ genitam dixerit: quippe quæ non superba & insolens, sed blanda erat: nec bene tantum volebat alijs, sed etiam beneficiendi cupidissima erat. Eadem non erat immunda, sordida, deformis aut monstrosa, ut sue non allatrabat maritum aut vicinos, ut cane; nec callida erat, ut vulpe; nec ridicula, ut simia; nec rudis, ut asinâ; nec insidiosa, ut mustelâ, quæ in defunctos homines invadere, & nisi arceatur, eorum oculos ditipere & exorberre solet; nec luxuriosa, ut ex sputna mariâ, quemadmodum venus; nec barbara & agrestis, ut ex terra cum Gigantibus nata esse videri posset. Quid ergo erat? Apicula erat, sedula scilicet, parcæ & frugalis, nec id in conjugio ptimum, aut paulò ante mortem, sed primis statim ab annis. Maximè tamen pietati, quæ virtutum mater, immo principium & finis est omnium, ex præcepto Christi sedulam operam dabant: quam alebar, diligenti sacrarum literarum lectione, crebrâ verbi divini auditione, fréquenti cœnia Domincæ usurpatâne, jugerum divinarum meditatione, devotâ matutinis vespertinisq; horis preceptione. Atq; hinc tanquam experienti quodam flumine & limpidissimo fonte scaturiebant rivuli humanitatis, modestizæ, sobrietatis, affabilitatis, aliarumq; virtutum, quas inter post pietatem, in feminâ, prima est pudicitia. Hujus utiq; quâ, ut Hieronymus ait, amissa, omnis in feminâ virtus ruit, ita fuit tenax, ut virgo quidem, cum Phidiaca venere, cochlear infisteret: uxor vero facta nunquam à marito oculos desleceret, & cum Armenia Tigranis conjugâ, qualis alieni viri forma esset, penitus ignoraret. Matura enim viro anno 1584 nupsit JOANNI FARVERN ex Effena VVestphaloru[m] oriundo, Viro optimo, urbis hujus civi & aromatario eximio atq; ex hoc duos liberos, matris obitum nunc lugentes, filiam ENGE[L], ex obitu charissimi p.m. mariti CONRADI MARTE[N]S, mercatoris industrij viduam mestissimam, & filium JOHANNEM, natu posthumum, pharmaceutices excultorem egregium, habuit. Felix hoc fuit coniugium, & non una sui parte beatum, licet breve, & antequam duorum annorum spatium completeretur, morte mariti solitum. Viduitatem patientiâ toleravit, donec anno 1589 ad vota, quâ nomen, quâ tem, secunda, transfret, & in matrimonium collocaretur vir itidem optimo, IOHANNI MOLLERN Reitbergeri VVestphalo, urbis hujus civi & aromatario eximio, quem septem liberorum, quinq; filiorum & 2. filiarum fecit parentem, è quibus tres filii hodieq; superstites degunt, reliqui in cumu[n]i

A 1607

rumulum Morti jam pridem concederunt. Marito hoc, anno 1603, in fata soluto,  
pietatis & virtutum suarum amatorem invenit virum præstantissimum humanissi-  
mum & literatissimum, FRIDERICUM BURLAGEN, parentibus celebratissimis  
in Diepholdt V Vestphalorum, patre Excellentissimo Dn. M. IOHANNE  
BURLAGEN p. m. olim Generosissimi ibidem Comitis RUDOLPHI præcepto-  
re, Matre fœmina genere & virtute nobili. G E S A Nosses / quæ genus suum à  
nobilissimis repetebat familijs, prognatum, in virtutum autem studio & stadio ita  
liberaliter educatum, ut divinâ benedictione, vir, literatissimus & literarum fautor  
syncerus, civis & centumvir urbis hujus eximius, aromatarius locuples, & laudatissi-  
mus, audiat. Hunc maritum MARGARETA ut dominū suum Saræ instar colebat,  
ut caput suum venerabatur, ut maritum amabat: fuitq; conjugium hoc cætera ex  
voto, nisi quod sine prole. Quangquam varias morborum vices M A R G A R E T A  
nostra subinde est experta, quæ vitam ipsi peracerbam & invisam red-  
diderunt. Pietate tamen animum ad patientiam ita obfirmavit, ut  
auctorem D E U M agnoverit, & Christianam se commemineret. Ex  
diurna, autem, qua laboravit cachexia, tandem in illam hydroperspeciem  
incidit, quam Medici vocant tympanitidem, quæ cum, propter hepatis summam  
dyscrasian, curam non admitteret, vita finem, supremâ fati die 26 Aprilis illa-  
bente, paulo post septimam matutinam, inter pias preces, inter mariti & liberorum  
lacrymas, inter vivacissimas Reverendi nobilis & præstantissimi viri Dn. CON-  
STANTINI FIDLERİ, ad D. Mariam Pastoris vigilantissimi, compatriis affinis  
& in Christo fratris nostri dilectissimi consolationes, ipsi attulit. Ita nempe, qui  
plerisq; hominibus gratus & optatus videri solet verni temporis adventus, is viro  
huic spectatissimo, FRIDERICO dico BURLAGEN, populari & amico nostro  
charissimo & verè syncero, luctuosus accidit & propè funestus. Eruditus cujusdam, è  
varijs scripturæ locis erutum, dictum est: *Vim ab alto trahentem sequamur; Et aquum  
censemus, ut homini non dispiceat, quod videmus Deo placuisse.* Atq; hoc ipsum,  
quæ pietas ipsius est, etiam viduum jam nostrum facturum, nefas sit dubitare. Ulti-  
nec nos dubitamus, cives Academici, de vestro in has exequias affectu: quem  
ut frequentes in publica etiam luce ostendatis, de industria hortatores sumus. Ro-  
mani, circa hoc tempus, ex instituto Romuli, Remuria sive Lemuria trinoctio  
celebrarunt: spiritibusq; quos redire credebant, mensas conquistissimis epulis in-  
struxerunt, ut ex domibus lemures & terriculamenta nocturna fugarent. Vos  
multo rectius facietis, cives Academici, si hodierno die exequialia sacra celebrare,  
nec epulas spiritui defunctæ hujus matronæ, qui in has terras, in hanc calamitosam  
vitam, nunquam reddit, offerre, sed funeri ejus operam dare, exequias ire, & præ-  
frugalis animæ domicilium ad conditorum frequentes comitari, eoq; nomine in-  
æde Marianæ hodie ad medium primæ convenire volueritis. Ite ergo exequias,  
ite, Viri Reverendi, Consultissimi, Experientissimi, Clarissimi, juvenes nobilissimi,  
doctissimi, cives Academiae omnium ordinum præstantissimi, & unâ illud Eccle-  
siastis, inter eundum cogitate: *Sibe ceciderit lignum ad meridiem, sive ad Aquilo-  
rem, quoconq; loco ceciderit, IBI erit.* P. P. sub sigillo Rectoratus Nostri. die  
28. Aprilis Anno Christiano clo. I<sup>o</sup>C. XIX.





13. Dez. 1953


[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn77743976X/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77743976X/phys_0016)

**DFG**



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

genitam puellam scire æquum est, celeriter addidicet  
 virtutum spatio tantos gradus fecit, ut nulla in ipsa  
 matronæ lectionis aut corpus faciunt aut superficiem  
 tuor & vetus Poeta Simonides decem enumerant mu-  
 unum tantum probant & prædicant, id nimurum, q-  
 est: reliquas ex sue, vulpe, cane, tellure, mari, asina-  
 nitas, dantur. Et de his Asopus forte ser-  
 heri sui uxore congressu hanc recitat sententiam,  
**Yuvn Kængæ reges**, Mare & ignis & mulier tria  
 autem nostram, nemo equa genitam dixerit, quippe q-  
 sed blanda erat: nec bene tantum volebat alijs, sed e-  
 mitterat. Eadem non erat immunda, sordida, deformis  
 allatrabat maritum aut vicinos, ut cane; nec callida  
 ut simia; nec rudis, ut asina; nec infidiosa, ut mi-  
 nimes invadere, & nisi arceatur, eorum oculos diri  
 luxuriosa, ut ex sputna mari, quemadmodum venus  
 ex terra cum Gigantibus nata esse videri posset. Q-  
 sedula scilicet, parca & frugalis, nec id in conjugio  
 mortem, sed primis statim ab annis. Maximè tamen  
 ter, immò principium & finis est omnium, ex p̄c  
 dabat: quam alebar, diligenter factarum literatum lec-  
 ditione, frequenti cœla Dominiça usurpatione, ju-  
 tione, devotâ matutinis vespertiniseq; horis precati  
 perenii quodam lumine & limpidissimo fonte scat  
 modestiae, sobrietatis, affabilitatis, aliarumq; virtutu-  
 in feminâ, prima est pudicitia. Hujus utiq; quâ,  
 omnis in feminâ virtus ruit, ita fuit tenax, ut virgō q;  
 cochlæ infisteret: uxori vero facta nunquam à m-  
 cum Armenia Tigranis conjugi, qualis alieni viri fo-  
 Matura enim viro anno 1584 riuphic J O A N N I  
 VVestphaloru[m] oriundo, Viro optimo, urbis huju-  
 sq; ex hoc duos liberos, matris obitum nunc lugente,  
 charissimi p.m. mariti CON RADI MARTE-  
 dum mæstissimam, & filium JOHANNEM,  
 cœtices excultorem egregium, habuit. Felix hoc  
 sui parte beatum, licet breve, & antequam duorum  
 ruit, morte marie solutum. Viduitatem patientia to-  
 vota, quâ nomen, quâ rem, secunda, transferet, & in ma-  
 jitudem optimo, I O H A N N I M O L L E R N Re-  
 hujus civi & aromatario eximio, quem septem liber-  
 liarum fecit parentem, è quibus tres filij hodieq; s-



state, in-  
 um, qua-  
 lides qua-  
 & uterque  
 creatum  
 simia ge-  
 mo cum  
 nro hoy  
 RETAM  
 insolens,  
 cupidissi-  
 ut sue; non  
 ec ridicula,  
 inctos ho-  
 solet; nec  
 agrestis, ue-  
 cula era,  
 auld ante  
 rutum ma-  
 am operam  
 i divini au-  
 im medita-  
 anquam ex  
 humanitatis,  
 & pietatem,  
 it, amissa,  
 iaca venere,  
 eceret, &  
 signoraret.  
 ex Essena  
 rior eximiis  
 , ex obitu  
 industrij vi-  
 n, pharma-  
 & non una  
 complere-  
 no 1589 ad  
 caretur viro  
 halo, urbis  
 rum & z. fi-  
 , reliqui in-  
 cumus.